

collatio prouisio presentatio seu queuis alia dispositio pertinet communiter uel diuisim, ne de illis interim etiam ante acceptationem predictam nisi postquam eis constiterit quod dicte persone uel procuratores earum illas uel illos aut illa noluerint acceptare disponere quoquomodo presumant, ad singulas dignitates uel singulos personatus, seu singula officia huiusmodi post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentijs earundem singulis eisdem personis conferas et assignes iuducens singulas personas ipsas uel earum procuratores ipsarum nomine per te uel alium seu alios in corporalem possessionem dignitatum uel personatum aut officiorum ac iurium et pertinentiarum huiusmodi et defendens inductas, &c., Contradictores &c. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiarum ipsarum contrarijs &c. Seu si dicte persone uel earum alique vnum duo uel tria beneficia ecclesiastica alias tamen de iure cum huiusmodi dignitatibus uel personatibus seu curatis officijs inuicem se compatiencia obtinere noscantur. Nos enim irritum decernimus et inane si secus super hijs per quoscunque quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari. Datum Auinione .VII. kalendas Nouembris pontificatus nostri anno sexto.

4257.

1347 d. 28 Oct.

OFFRAD LEKSSON upplåter åt sin hustru Gunhild Thyrgilsdotter för hennes fädernegods i Sörby och Vestra Sörby i Vestmanland dem han sålt till hennes broder Nils Thyrgilsson för 300 mark penningar; andra för denna summa köpta gods i Westby, Hofby socken, samt Grönadals qvarn i Saleby socken; med vilkor, 1:o Att om hon dör först, efterlemnande barn, han skall för sina behof behålla Westby och qvarnen samt lemna barnen andra sina gods, som gifva 15 mark penningar i årlig afkastning; — 2:o Att om han tager annan hustru och med henne får barn, nämnda Westby och qvarn efter hans död skola tillfalla Gunhilds barn, hvaremot de gods dessa under tiden innehaft skola delas mellan alla hans barn; — 3:o Om Gunhild skulle dö utan barn, skall han åt hennes arvingar lemna antingen gods, som gifva 15 mark penningar i årlig afkastning, eller ock 300 mark penningar.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. Offradus leeksson. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi tam posteri quam moderni me predilecte consorti mee Gunnildi thyrgilsa dottor. pro bonis suis patrimonialibus in wesmannia. scilicet sörby. decemseptem oris terre duabus vlnis minus et westrasörby vno solido terre. que fratri suo Nicholao thyrgilsson. pro trecentis marchis denariorum. consenciente ipsa Gunnilde. vendidi. bona mea pro eisdem trecentis marchis denariorum empta. westby sita. parochia hoffby cum molendino grönadalsquern. parochia salaby cum adiacenciis eorum quibuscumque. agris. pratis. siluis. pascuis. piscariis. infra sepes et extra. prope vel remote positis.

nullo prorsus excepto. reddidisse ac in possessionem suam perpetuam. secundum omnem legum exigenciam assignasse. Tali condicione quod. si ipsam. me superstitute. mori contigerit, liberis a nobis progenitis. si quos superstitibus ipsius deus annuerit. tanta predia de bonis meis patrimonialibus seu matrimonialibus, quod ab eis quindecim marchas denariorum. pro pensione in anno leuent, assignare tenear., bona predicta westby cum molendino. ad dies meos. pro vsibus meis retenturus. Preterea. si aliam in vxorem duxero et liberos ex ea generauero. bona sepredicta westby cum molendino. liberis ipsius Gunnildis. post mortem meam attinebunt. sed bona. que loco istorum. ad tempus illud habuerint. ad omnes liberos meos. inter eos. vt iustum est diuidenda reuertentur. Si vero sepredicta Gunnildis. absque herede a se descendente. decesserit. tunc heredibus eius. aut predia tanta de bonis meis patrimonialibus. quod ab eis quindecim marche denariorum in anno. pro pensione proueniant. aut trecentas marchas denariorum. ad ipsorum arbitrium assignabo. In cuius testimonium. sigilla. domini Anundi sturu. yuani de kyrna. Gunnonis Niclisson et jngimari vlfsson. vna cum meo proprio presentibus sunt appensa. Scriptum anno domini M° CCC° XL° VII°. die apostolorum symonis et jude.

Sigillen: N. 1, 4 borta, remsorna qvar; N. 2, Ivani de Kyrnæ (tre trappskurna rutor); N. 3, Gunne Niclissons (två korslagda ferlor); N. 5, adligt, utplånadt.

4258.

1347 d. 31 Oct.

Stehag.

THOSTE NIKLISSON af Litletver (Lilla Tvären) säljer för 45 mark nya Skånska penningar sina gods i Mellan Grefvie till Fru Cecilia Henriksdotter, qvilterar betalningen och lofvar gifva henne fasta på nästa thingsdag före S:t Clemens dag (den 23 Nov.).

Registr. Eccl. Lundens. perg. pag. 124.

Omnibus presens scriptum cernentibus Tosto niclisson de Litletwer. Salutem in domino sempiternam Constare volo vniuersis presentibus et futuris. quod presencium exhibitrici domine cecilie henricx omnia bona mea in methlestægryfghø sita. Scilicet. vnam curiam in qua magnus olaffson habitat cum omnibus dicte curie adiacenciis. scilicet. agris pratis pascuis. siluis. piscaturis estimacionibus. ceterisque pensionibus de dictis bonis prouenientibus. domibus. humidis et siccis et aliis quibuscumque pro .XLV. marchis denariorum nouorum scaniensium. vendidisse. alienasse. et ad manus assignasse. jure pepetuo possidenda Recognoscens me precium plenarium pro predictis bonis subleuasse Insuper obligo me et heredes meos ad apropiandum. disbrigandum et scotandum ipsi domine cecilie vel suis heredibus bona premissa. in proximo placitali die ante diem sancti clementis nunc proximo futuro ab impetitione